



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXXIV. De treuga & pace.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

XXXIV. De treuga & pace.

- 1 **S**equitur quarta pars, quæ in Digestis dicitur de pactis, & de transactionibus. hic additur tractatus de treuga & pace: quoniam etiam hæc pactis constituuntur. *D. de pactis. l. 1. nec minus pacis, quam pacti vocabulum.*
- 2 **T**ra- ctatione deducitur. *D. eod. l. 1. §. 1.* In hac igitur parte sunt tres tractatus: quorum primus est de treuga & pace, duo namque sequuntur in reipublicæ administratione spectantur: alterum pacis, alterum belli. *Inst. proæd. in pr. Arist. Polit. l. 1. c. 3. & l. 7. c. 14.* In bello bellum pace tollitur, ita per treugam alio modo suspenditur. Quare non inscite dicimus, treugam esse pacem temporariam, pacem vero esse treugam perpetuam; etenim treuga est, cum hostes se invicem lacessere non possunt, ut colligitur ex *l. 1. §. 1. in pr. Arist. Polit. l. 1. c. 3. & l. 7. c. 14.*
- 3 **l**iminium 19. §. 1. *D. de captiv. §. Cum hostibus est bellum D. eod. l. hostes. 24. & inter bellum & treuga. Cum fœderatis est pax D. eod. l. 1. §. 1. nec non cum iis regibus aut populis, quibus cum nec bellum est, nec fœdus. D. eod. l. 1. §. 1.*
- 4 **p**ace. §. Treuga duplex est: canonica & conventionalis. Canonica est, quæ certis temporibus jure Canonico constituitur, ita ut qui violans puniatur *c. 1.* Conventionalis est, quam Latini inducias appellant. Hanc Justinianus

consultus ita definit, cum in breve & presens
 tempus convenit, (subaudi inter hostes) ne se
 invicem laceffant. d. l. postliminium. §. i.

Nota primo, decretalium conditorem recte
 scripsisse hunc titulum de treuga, non de in-
 duciis: quia (ut ex dictis manifestum est) treu-
 ga latius patet, quam induciæ, & in artibus
 tradendis cum liceat facilioris doctrinæ causa
 ingere nova vocabula *Aristot. categor. c. 7.*
 art. ii. quod & Poëtis Horatius in arte con-
 dedit, multo magis licitus debet esse usus vo-
 cabulorum vulgo usitatorum, licet barbara
 sint; sicut enim multa vocabula Græca, ut hy-
 potheca, emphyteusis, & similia; ita quædam
 barbara, ut gaza, usu etiam apud bonos au-
 ctiores recepta sunt; ergo non solum ex Græ-
 co, sed etiam ex barbaro fonte, cum est opus,
 ubi Græcus fons exaruit, vocabula haurire
 licet: nec minus in jure canonico verbum
 treugæ, quam apud Livium vocabulum suffe-
 rendum est. Sed translaticium est, ut
 homines ad reprehendendum propensi, ea
 suspent, quæ non intelligunt. §. Nota secun- 6
 do de securitate tres regulas. I. Tempore
 belli securitas non est inter eos, inter quos est
 bellum *D. de acquir. rer. dom. l. 5. §. ult. l. 7.*
pr. & Inst. de rer. divis. §. item ea. exceptis
 certis personis, quibus ex speciali privilegio
 indulgetur, ut nequeant jure belli offendi,
 quoniam ipsi bellum non gerunt, ut presby-
 teri,

teri, monachi, & cæteri, qui enumerantur
 c. 2. Idcirco Doctores dicunt, cum hinc
 treugam perpetuam. Hoc privilegium
 telligo procedere tantum in bello, quod
 Christianos principes geritur: quod a Do
 ribus pro bello civili habetur, ita ut in
 pti non fiant servi capientium D. *de captiv.*
si quis ingenuam 21. §. 1. quia omnes Chri
 ni principes populi que sunt ejusdem Eccl
 cives. II. Tempore pacis securitas con
 tur federatis D. *de captiv. d. l. 7.* non
 quibuscum nec fœdus est; nec amicitia
 hospitium. D. *eod. d. l. 5. §. in pace.* III. Te
 pore treugæ conceditur securitas etiam
 xxiiij. q. 1. c. noli 3. *vers. fides.*

XXXV. De pactis.

SECUNDUS tractatus est de pactis, de
 dixi D. *eodem. tit.* §. Nota si nudo
 convenit, paciscentem non cogi jure
 ut fidem præstet D. *b. tit. l. 7. §. sed cum*
 sed disciplinam seu censuram Ecclesiasticam
 c. 1. & 3.

XXXVI. De transactionibus.

TERTIUS tractatus est de transactionibus
 de quibus egi D. *b. 1.* Hic est finis que
 partis hujus primi libri.

XXXVII. De postulando.

QUINTA pars est de his, qui suo vel alio